

Eine jakobitische "vita", des Nestorius.

Veröffentlicht

von

Dr. Emil Goeller

Es ist eine eigentümliche Erscheinung, dass die Geschichte nicht selten das Leben von Männern, die zu grossen Bewegungen und Neubildungen den Anstoss gegeben haben, fast ganz mit Stillschweigen übergeht. Zu diesen Persönlichkeiten gehört auch Nestorius. Dass schon die Zeitgenossen vor allem über dessen letzte Geschicke im Unklaren waren, hat bereits Euagrius mit besonderem Nachdruck hervorgehoben (*Hist. eccl. lib. I. c. VIII*). Um so wichtiger ist für uns jede neue Notiz, die wir über ihn gewinnen können. Von diesem Gesichtspunkte aus ist der nachstehende Text nicht ohne Wert. Obwohl legendär und ganz unhistorisch, wie die Bemerkung über die Epiklese, welche auf einem Misverständnis des Gebrauches der Peristera in der alten Kirche beruht, und vor allem die Hereinziehung des Joannes Chrysostomos in das Ephesinum nebst der daran geknüpften, merkwürdigen Erzählung zeigen, so enthält diese kurze Vita doch manche interessante Angaben, die wir aus anderen Quellen nicht kennen; nicht ohne Bedeutung ist sie vor allem auch für die Beurteilung des Verhältnisses zwischen den Monophysiten und Nestorianern. Die rohe Art der Bekämpfung, die in der zum Schlusse angefügten gehässigen Fluchformel ihren Höhepunkt erreicht, verrät deutlich genug, wie gewaltig der Gegensatz, wie tief die Kluft zwischen den Anhängern beider Sekten im Laufe der Zeit geworden war (vgl. übrigens hiezu auch, Bar-Eβrâjâ, *Chron. Syr.* ed Bruns, latein. S. 140).

Ist der Name des Arius auch nicht genannt, so ergibt sich doch unzweifelhaft aus der ganzen Darstellung, dass es der Autor darauf abgesehen, das Los des Nestorius mit dem des Arius in Parallele

zu setzen, ein Versuch, dem wir übrigens schon bei E u a g r i o s (l. c. I. 7.) begegnen.

Was die Benützung früherer Quellen angeht, so ist hervorzuheben, dass bereits S o k r a t e s auf die sonore Stime und die Schlagfertigkeit des Nestorius im Reden hingewiesen (*Hist. eccl.* lib. VII. c. 29), dass E u a g r i o s (l. c. I. c. 7) und nach ihm viele andere den Untergang des Verbannten in ähnlicher Weise geschildert haben. Als eine mögliche Quelle für den Namen der Eltern des N. könnte J o a n n e s v. E p h e s o s angesehen werden. Die Bemerkung, kein Regen werde auf das Grab des Toten niederfallen, wird als Gerede der ägyptischen Monophysiten nach nestorianischer Quelle auch von B a r-'E β r â j â (l. c. S. 142) erwähnt.

Der Kodex, dem der Text selbst entnommen ist, befindet sich im Museo Borgiano (*elenco separato VII*); er umfasst 255 folia in 8° (Papier) und enthält ausser der Vita des Nestorius (fol. 240°-250°) Auszüge aus Severus al-muqaffa die Sammlung der apokryphen Apostelakten in arabischer Übersetzung (cf. Lipsius, *Die apokryphen Apostelgeschichten und Apostellegenden* Ergänzungsheft 90 ff.), einen Wunderbericht aus der Zeit des Chalifen al-Ma'mûn, kalendarische Tabellen, Schreibübungen, alles mit Ausnahme der Nestoriusgeschichte Karšûnî, und ist laut Unterschrift am 10 Februar des Jahres 2031 Graecorum, also im Anfange des 18 Jahrhunderts vollendet.

Haec est narratio de impio Nestorio.

Parentes eius orti erant Germanicia¹, quae est Mē'araš fortis (?); patri erat nomen Abīlšūm, matri M.l.ktūm. Hic Nestorius eremita erat, homo voce splendida oratione-
 5 que eleganti praeditus. Tum principes Antiochiae, urbis Dei, accerserunt eum ad se, ut coram ipsis precaretur. Mortuo episcopo Constantinopoleos urbis regiae episcopus ordinatus est.

Qui, sicut mos erat, venit sacrificium oblaturus. Sole-
 10 bat autem apud Graecos, cum episcopus sacrificabat, Spiritus sanctus super altare descendere in specie aquilae, eumque continuo videbant. Quae fama in omnem illam terram exiit; porro cum episcopus oblationem offerebat, intrabant rex et regina, et rex a parte dextra, regina a parte sini-
 15 stra stabat. Factum est autem, ut die festo quodam Nestorius dubitans se pararet ad offerendum in templo magno Sophiae. Et cum tempus invocandi Spiritus sancti adesset et rege et regina ad mensam vitae adstantibus Spiritum sanctum invocasset, minime, sicut solebat, descendit. Tum
 20 hostia supra altare relicta foras exiit. Tum rex vehemen-

¹ ܡܕܢܝܬܐ = Germanicia, ebenso bei Bar-Eṣṣarājā, *Chron. eccl.* ed. Abbeloos-Lamy I 139 f. Vgl. auch Assemani B. O. II 91. Da nach Bar-Bahlūl (vgl. Payne-Smith) ܡܕܢܝܬܐ auch Name von Hierapolis ist, dürfte ܡܕܢܝܬܐ zur Unterscheidung von ܡܕܢܝܬܐ = Germanicia gegenüber ܡܕܢܝܬܐ = Hierapolis dienen sollen.

ter commotus: « Cur, inquit, hoc accidit? » Et respondens impius regi dixit: « Aut tibi peccata sunt aut reginae ». Cui respondens rex: « Minime, inquit, mihi ullum peccatum est. » Et regina respondens: « Ego, inquit, cum intrarem
5 intra altare, pura eram et subito, ut mulieres decet, adstiti. » Et rex Nestorio: « Neque, inquit, mihi ullum peccatum est, neque reginae, immo tu corde tuo aliquam cogitationem diabolicam cogitasti. Propterea Spiritus sanctus super oblationem tuam non descendit ».

10 Impius autem ille dubitabat et blasphemabat in Deum dicens: « Quod propter hanc mulierem Spiritus sanctus non descendit, equidem non credo e muliere natum esse Deum, sed hominem nostri instar patibilem. Qui cum aetate esset annorum duodecim, tum descendens divinitas habitabat in
15 corpore hominis ». Qualia cum rex sanctissimus audisset, litteris scriptis nuntios Alexandriam misit et presbyteros certiores fecit de eis, quae a Nestorio agebantur.

Et Cyrillus patriarcha ad Nestorium scribens: « Scriptor, inquit, cultus nostri, qui ab ecclesia alienatus es, re-
20 vertere ab isto errore malo, in quem incidisti, et ab opinione ista minime laudanda neve blasphemaveris in Dei genitricem Mariam, quae est mater luminis et honor omnium Christianorum; eadem est coelestium et terrestrium gloria ». Et cum multas epistolas scripsisset ad hominem istum de-
25 testabilem, spinam seminatam et zizaniā malam, neque vero ille eam turrim veritatis respexisset, domnus Cyrillus et ducenti quadraginta episcopi orthodoxi Ephesum in urbem ad regem Theodosium convenerunt. Tum accerserunt canem istum Nestorium. Et aperuit os suum sanctus domnus Cy-
30 rillus et loquebatur coram rege et proceribus regni eius

חדקלא לזרע עה * הלא עשה וס לזרע * סלח וס
 1000 * חזקא *

סב סא וסא חזקא חזקא וארבע סלחא. סב וסב
 חזקא וסא וסא חזקא * סב סב חזקא חזקא חזקא חזקא
 5 וסא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא
 וסא. חזקא וסא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא
 (70) חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא
 חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא
 10 חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא
 חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא
 חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא
 חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא
 15 חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא
 חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא
 חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא
 חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא
 20 חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא
 חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא
 חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא
 חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא חזקא

(testimoniis prolatis) ex scriptis sanctorum prophetarum et sapientia magna Salomonis et cantico canticorum et ex doctoribus orthodoxis. Neque vero ille eis (sc. patribus) auscultavit; qui impium canem coarguebant.

5 Canis ille temerarius cum vidisset se esse superatum et extrusum, ira exarsit et egressus in urbem centum denarios aureos meretrici cuidam dedit iussitque, cum patres unum in locum convenissent, eam illuc venire et coram illis adstare nudissimam nullisque vestibus indutam.

10 Tum, cum rex victor et patres sancti centum quadraginta duo una cum reliqua populi multitudine convenissent et (Nestorius) verba fecisset, diabolus in eam meretricem intravit. Quae nuda coram patribus, qui congregati erant, adstitit. Tum Nestorius detestabilis coram rege et patribus
15 surrexit, cum ita diceret: « Ex eiusmodi loco Deum ortum esse longe a me absit, ut confirmem aut credam. » Tum Ioannes Chrysostomus surrexit et meretricis ventrem osculatus: « Equidem, inquit, credo et confirmo Deum natum et ortum esse ex eiusmodi loco et ex ventre huius instar, verum enim-
20 vero ista peccatis contaminata est, Maria autem, quae verbum Dei peperit, virgo pura et sancta est ».

Erat autem supra capita sanctorum patrum et regis in illo templo imago lapidi cuidam insculpta Mariae Dei genitricis Christum filium unigenitum ad pectus portantis; cuius imaginis dextera porrecta et splendida instar columnae
25 lucis effecta est illaque dextera solis instar fulgidi lucidique splendente et magna voce edita clamavit et: « Ioannes, inquit, Chrysostome, loquere, loquere, Ioannes Chrysostome ». Ita ter tribus vicibus clamavit, cum haec diceret: « Bene,
30 bene testimonium perhibuisti et locutus es ». Qui exinde illo nomine Ioannes Chrysostomus appellatus est.

Magnum igitur miraculum videbatur et rex victor et patres sancti vehementer commoti conciderunt magnusque stupor invasit omnes, qui illuc congregati erant, et obstupuerunt et valde mirati sunt et Deum vivum laudaverunt et
5 Ephesum et in omnes terra fama huius miraculi exiit. Et pudore affectus est detestandi nominis Nestorius, canis iste detestabilis et impius, a Deo separatus et segregatus, et ad interitum vocabatur et in perniciem et interitum ruebat. Qui simulatque in Deum blasphemavit, ira correptus linguam ex ore septem spithamis ita, ut usque ad pectus eius
10 pertingeret, emisit, cum instar utris inflaretur et crassus fieret, et adeo omnibus, qui eum videbant, terrori erat, ut, quicumque illuc accessisset eumque vidisset, commoveretur et timeret et Deum laudaret. Ita omnes cognoverunt eum,
15 qui in Deum blasphemavisset matremque eius virginem sanctam et eam hominis neque vero Dei genitricem appellavisset Deumque verbum simplicem hominem nominasset, tanta irae gravitate correptum esse.

Qui cum nequaquam contereretur neque poenitentiam
20 ageret neque confunderetur neque etiam reverteretur a blasphemia et perfidia sua, patres sancti eum excommunicaverunt et expulsum in exilium eiecerunt, cum ipse tanta irae gravitate premeretur, et rex victor eum in exilium pelli iussit, et venit in insulam quandam Aegypti, ubi
25 vermibus corrosus canis instar mortuus est, cum in tam dura et acerba necessitate versaretur, neque loqui, neque « Misere nostri Domine » dicere potuit. Neque desunt, qui dicant imbrem super sepulchrum eius omnino non descendere.

Et discessit concilium sanctum, quod propter canem detestabilem Nestorium Ephesum congregatum erat anno 744

(Graecorum), et in suam quisque terram reversus est illustrissimo patriarcha Cyrillo ceterisque sanctis patribus ad suas sedes redeuntibus. Quorum memoria in benedictione sit ipsique pro nobis intercedant.

5 Detestabilis et maledictus sit, quicumque non confessus erit neque dixerit Mariam Deum peperisse et ipsi Deo gloria et ipse nostri misereatur in saecula saeculorum. Amen.

Explicit narratio de Nestorio cane temerario. Ne ipsi neve cuiquam Deus indulgeat, qui cum eo consenserit.

